UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Tractatvs De Execvtoribvs Vltimarvm Volvntatum duorum celeberrimorum iurisconsultorum

Canis, Johannes Jacobus

Constantia, 1593

VD16 ZV 2896

18. Legatarij & fideicommissarij ex testamento lucrum capiunt executores autem testamentorum, minus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63406

Visual Library

gatarij ſeu vicecommiſſarij; quoniam, ſicut legatarij vel fideicommiſſarij, contra hæredem agere poſſunt, quod alias minimè valerēt. Et ideò aggregant eos fideicommiſſarijs, quaſi vocabulo humaniori: argu. l. 1. C. communia de leg. bene facit. l. ſi cùm dotem. §. ſi patro. fi-
18 lia. ff. ſol. matr. † Quod Spec. in verſi. ad tertium. reprobat: quoniam legatarij & fideicom. ex teſtamento lucrum conſequuntur. l. 1. C. communia de legat. l. cum pater. §. ſurdo. ff. de lega. 2. Sed iſti executores regulariter lucrum pecuniarum non conſequuntur. l. ſi quis Titio. 10. ff. de lega. 2. Secundò, quia legatarius & fideicom. non coguntur legatum vel fideicommiſſarium accipere, vt. l. nam quod. §. fi. & l. ſeq. & generaliter. ff. ad Treb. ſed commiſſarius & executor benè coguntur: vt infrà dicam. Tertiò, quia executores & legatarij vel commiſſarij diuerſis nominibus appellantur, vt. l. pecuniæ. & l. alio. ff. de ali. & cibа. leg. & d. l. ſi quis Titio. 10. ergo non ſunt idem: argum. l. idem codicilli. C. de codicil.

19 Decimò, appellantur † loco vel vice hæredum: quoniam nedum ab hæredibus, verum-

etiam

etiam ab alijs debitoribus velut hæredes agere, atq; exigere poſſunt: vt. C. de epiſ. & cle. l. ſi quis ad declinandam. §. vbi autem. l. nulli. prope principium decreta. Io. frange panem. §. 1. ff. de relig. & ſump. funerum. l. ſi quis ſepulchrum. §. ſi vnus. Quod licet Spec. placuerit in verſi. & ſcias. & Io. B. in. q. 22. 23. & 26. mihi tamen non ſatis facit: tum quia contra hæredem agere poſſunt: & diuerſis nominibus appellantur: vt dixi in præcedente nominatione.

† Vndecimò, Vbertus de Bobio eos executores & fidei commiſſarios appellabat. quod in l. nulli. C. de epiſ. & cle. latiùs eſt proſecutus. Nos autem executores teſtamẽtarios. q. eſſe cõcluſimus. at fidei commiſſarios, ſicut neq; vicefidei commiſſarios non audemus appellare per rationes, quas in appellatione noua patẽter expreſſimus. 20

† Duodecimò, commiſſarios Ioan. B. & Iac. de Are. & Io. An. in addi. verſi. dicuntur etiam miniſtri. conſtanter appellant. Quod verè congruit his, quibus committitur aliquid diſpenſandum. Et hanc appellationem Roffredus 21

poſuit in libel. Quare liquet de omnibus appellationibus huius nominis: de quibus quæ verè ac quæ falsè, ſufficienter expreſſum eſt.

22 Quæro † tertiò, qualiter executor diuidatur, vel quæ ſunt eius ſpecies. & conſidero iſtam. q. actiuè ac paſſiuè. Actiuè. ſ. qui dari poſſunt. Item alio reſpectu poſteà ſubdant alias diuiſiones. Sed hanc prius abſoluamus. Reſpõdeo igitur, quòd ſicut tutorem dat quandoq; te-
23 ſtator, quandoq; lex nonnunquã & iudex, † vt in tit. ff. de teſt. tutela: de legitima tutela, & de tutoribus & curatoribus datis ab his, qui ius dandi habent. Sic etiam executores ſiue commiſſarios quandoque conſtituit & creat ipſe teſtator in ſuo teſtamento, cum præcipit vel rogat aliquid per eos fieri ſiue diſtribui, vt probatur in. l. nulli. C. de epiſc. & cleri. l. 3. & l. neq; ff. de ali. & cib. leg. in authen. de eccle. tit. §. ſi quis autem. & §. non autem. col. 9. & in. c. Ioan. de teſtamentis. Et eodem modo, ſi quis nõ inſtituerit: ſed in codicillis vel in donatione cauſa mortis legauit. Et de executore aut commiſſario prouidit: vt in. §. nunc aliqua. verſicu. ſed pone, quòd aliquis non conſtituit hæredem.